



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 117. Variæ Constitutiones a Pio IV. editæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul. XVI de perversis ejusmodi consiliis suspicandi spatium indulserunt, tandemque ipsimet sceleris sui victima cesserunt: dissensione enim inter eos exorta conjuratio fuit detecta, adeo, ut noctu, cum quidam suos complices manifestaret, una omnes comprehendenderentur, qui tormentis licet subjecti, crimen tamen suum diffitebantur: solus autem Accoltius risu inter tormenta simulato se ad hoc facinus a quodam Angelo fuisse excitatum ajebat: equidem tantum delirium miserationis sensu excipiebatur, verum criminis atrocitas debitas deposcebat poenas, unde pronuntiata in eum mortis sententia cum ceteris complicibus extremo suppicio affiebatur.

§. CXVII.
Variæ Constitutiones a Pio IV. editæ.

Bulla Pii IV. Die decima septima Februarii Pontificis, *Conf. 94. Ep. 96.* Constitutionem edidit, qua omnes exemptiones, privilegia, immunitates, indulta, cunctaque in Bulla, quæ *Mare Magnum* appellatur, contenta, & cujuscunque generis Ecclesiis, monasteriis, Nosocomiis, Universitatibus, Solaritatibus, vel Ecclesiasticis tam regularibus, quam secularibus, imo etiam laicis cujuscunque gradus, conditio-

nis, aut dignitatis concessa revocantur, Sæcul. XVI.
in quantum ea quovis pacto Synodi de- A.C. 1565.
cretis adversantur: cum vero sæpe
contingeret, quod Sedis Apostolicæ
Nuntii illorum, ad quos alegendantur,
Principum favores eo fine sibi concilia-
rint, ut ad Prælaturas, vel Cardinala-
tum eveherentur, hinc Pontifex quo-
vis modo ejusmodi dignitates aucupa-
ri prohibuit, indicta anathematis pœna,
beneficiorum privatione, imo etiam
perpetuæ infamiae nota: insuper plures
confirmabat declarationes, quæ pro re-
stauranda Ordinis Fratrum Minorum
Conventualium disciplina in comitiis
Florentinis factæ sunt. Denique plu-
ra alia, quæ profanum Romanæ urbis
regimen respiciunt, fanciebat.

IV.
§. CXVIII.

*Immoderatum Pontificis studium in
amplianda sua familia.*

Pontifex hoc suum restaurandæ disci- Thuan. l. 36.
plinæ studium, ejusque splendorem ^{n. 9. versus} _{finem.}
nimio in extollenda sua familia co-
natū obfuscare videbatur; postquam
enim Fridericus Borromæus sororis
suæ Filius anno a partu Virginis mil-
lesimo quingentesimo sexagesimo tertio
in ætatis suæ flore absque liberis de-
cesserat, & Borromæus Cardinalis e-
jusdem Friderici Frater ad suam Dic-
cesin
A a 3